



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Emancipatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

necessitate, & in illis modis supradictis de seruis, quod sunt quatuor, posset. Ultra hoc potest dare secundum consuetudinem, quia consuetudo dat iurisdictionem, licet maritus aliquando sic generaliter prohiberet, quia debet sane intelligi prohibitio. Item quando vir est crudelis ad pauperes, & tenetur dare, & non dar, tunc vxor datur do mariti negotium gerit, & potest dare moderatas elemosynas, & occulte, ca. reuertimini. 16. q. 1. exemplo Abigail. 1. Reg. 2. 5. Item quando vir assignauit vxori certum quid pro victu, & ipsa abstinet, de superfluo potest elemosynam facere, nec debent computari expensæ, quia ad illas tenetur vir, ex dote, & gubernatione familæ. Item quando vir esset factuus, & gubernatio domus ad vxorem pertineret, vel quando vir dedit vxori gubernationem domus. Prudenter igitur circa huiusmodi se habeat mulier.

7 I D E M dicit de minoribus à viginti quinque annis, quia non habent plenariam administrationem: secundum Petr. de Pa. 4. sent. distinct. 15. q. 4. 2. 6. curatores tamen & tutores, bene possunt facere elemosynam, sicut possunt remunerare bene meritos pupilli, & multo magis pauperes Christi discretè tamen, de superfluo.

8 S V B V E N I E N D V M est prius ceteris paribus sibi coniunctis: secundum Thom. secunda secundæ. supra. a. 9. si alij alij essent sanctiores, vel utiliores, & magis necessitatem patientes, prius eis, quam coniunctis non existentibus in tali casu, & quorum cura nobis non esset iniuncta, subueniendum esset, deinde suis post notis, postea bonis, postea extraneis. Intellige semper ceteris paribus.

9 C V M quis factus est distributor aliquorum bonorum in pauperes, & ipse est pauper potest de illis bonis sibi pro sua necessitate retinere, & alia distribuere: secundum Thom. supra, ad primum.

10 P E C C A T O R I B V S etiã subueniendū est: vt eorum natura sustente-

tur: secundum Thom. supra. ar. in c. quiescamus. 42. distinctio. non autem vt in peccato foueatur. & sic intelligitur S. Thom. secunda secundæ. vbi supra, ad primum.

11 E L E M O S Y N A non est danda vt quis ditetur, nec vt sit occasio negligentie, vel non laborandi, secundum Thom. supra. ar. in ca. Episcopus. distinct. 82. §. 1. nec quando creditur, quod sit occasio mali.

12 N O N est furandum vt fiat elemosyna, quia non sunt facienda mala: vt conueniant bona: vt in ca. fortè. 14. q. 5.

13 E L E M O S Y N A est magis satisfactoria, quam oratio, vel ieiunium: secundum Tho. 4. sen. distinct. 15. supra, & etiam, quam alia opera: vt peregrinatio, & huiusmodi.

14 I N extrema necessitate magis defendendi sunt filij: quam parentes: secundum Thom. secunda secundæ. supra, cõcordat Gof. & Host. propter beneficium ab eis receptum, & dñi præceptum.

15 L I C E T de turpi lucro possit fieri elemosyna, non tamen de re obnoxia restitutioni: secundum Tho. secunda secundæ. supra, nisi in casu extremæ necessitatis. De hac materia, vide in Rosa aurea, casu 17. & Sil. ver. elemosyna. Elemosyna debet fieri animo hilari, recta intentione, & pie, & sic dicitur liberare à peccato, impediendo ne fiat vel disponendo ad gratiam: secundum Tho. in 4. sent. d. 15. q. 2. a. 2. quo. 1. ad. 1.

EMANCIPATIO.

1 E M A N C I P A T I O est relaxatio patris potestatis coram iudice competente, voluntate patris, & filij concurrente, in vtriusq; presentia. I. non nudo. C. de eman. li. instit. qui. mod. ius pa. pot. sol. §. prætereã.

2 S I C V T pater cogitur emancipare filium ex causa: ita filius cogitur emancipari, licet aliter dicat gloss. & male. instit. quib. mod. ius pa. po. sol. in fin.

3 Q V A M V I S regulariter pater non teneatur emancipare filium, nec filius possit compelli vt emancipetur, fallit tamen in pluribus. Primum, quando pa-

ter contra pietatē filium afficit verbe-
ribus. Secundō, quando cōpellit eum
peccare in corpus suum. Tertiō, si fi-
lius est arrogatus impubes, & pubes
factus, probat non expedire, quōd sit
arrogatus. Quartō, si pater agnouit si-
bi relictum legatum: vt emanciparet
filium, & in istis pater tenetur: vt not.
Azo. in sum. C. de emancip.

4 PATER post filiū emancipare per
procuratorem: vt not. Bart. in l. Gal-
lus. §. forstia. ff. de lib. & posthu.

5 FILIUS emancipatus reuocatus in
patriam potestatem propter alimenta
non pręstita patri, secundum Cy. in l.
filius. C. de ingrat. lib. de hac materia,
quia parum valet confessoribus, vide
si vis Summistas. Effectus patrię pote-
statis ponuntur ab Angelo de Aret. in-
stit. de pa. pote. & sunt sex.

EMPHYTEOSIS.

1 EMPHYTEOSIS, quod sermone
vulgari dicitur ad liuellum, est cō-
tractus medius inter locationē, & vē-
ditionem, per quem transfertur do-
minium in emphyteotam, retento do-
minio directo apud dominum, secun-
dum Panor. in capitul. fina. de loca. &
solut. emphyteota aliquid domino
singulis annis. ff. si ager vesti. l. i. do-
minium verō vtile remanet apud em-
phyteotam, & habet possessionem ci-
uilem, emphyteota verō natu-
ralem.

2 CONTRACTVS emphyteoticus
differt à censuali, in quo & directū do-
minium transfertur. c. constitutus. de
relig. domi. differt & à feudo, quia in
feudo dominus in personam vasalli
ius habet, non autem emphyteotę, &
in alijs de quib. Tab. feudam. §. 1.

3 IVS emphyteoticum secundum opi-
nionem Ioan. de Imo. in cap. fi. de lo-
cat, quę est melior, transit ad extra-
neos heredes, etiā in re ecclesiastica,
dummodo sit data secundum illam so-
lennitatem. ca. 1. de reb. ecclesi. non a-
lien. lib. 6. cōsuetudo tamen debet ser-
uari. secundum d. Felin. in c. in pręsen-
tia. de proba. col. 12.

4 EMPHYTEOSIS concessa ab eccle-
sia pro se, & filijs, priuato, secundum

Abb. in dict. c. in pręsentia. nō transit
ad filios naturales, etiā si legitima-
rentur, nisi quādo legitimeretur per
sequens Matrimonium.

5 QUANDO quis accipit emphyteo-
sim pro se, & filijs suis, non intelligun-
tur filię, scēminę, sed tantum masculi,
secundum Ioan. de Imo. in ca. si de lo-
ca. per dictum quoddam Arc. in ca. si
quis suadente. 17. quęst. 4. vbi voluit,
quōd in materia contractū, masculi-
num non concipiat scēminum. per
l. veteribus. ff. de pac. in quo & multi
alij concordare videntur.

6 EMPHYTEOTA nō potest dimit-
tere rem emphyteoticam, & se libera-
re quando voluerit, secundum Paulū
in c. iudicatum. de immu. ecclesi. quia
quōd à principio contractū, masculi-
num non concipiat scēminum. per
l. veteribus. ff. de pac. in quo & multi
alij concordare videntur.

7 QUI rem emphyteoticam habet,
potest alteri dare in emphyteosim. in-
stit. de locat. §. adeo. non tamen ita, vt
ipse sic liber à pręstatione canonis, &
si secundus emphyteota vult alienare,
tenetur quęrere cōsensum directi do-
mini, & non primi emphyteotę. vt
not. gloss. in l. si. C. eod. & directus do-
minus debet habere laudemium.

8 EMPHYTEOTA cuiuscunq; rei ec-
clesiasticę potest donare, aut
legare meliorantes, quas facit in rem
emphyteoticā, sine alia solennitate, se-
cundum gloss. in cap. fina. de loca. &
communiter docto. Permutare autē,
vel pignori obligare, nō est tutum si-
ne consensu domini, quia multi doct.
tenent quōd non possit. in l. si. C. de
iur. emphyteo.

9 EMPHYTEOTA potest vendere
meliorationes etiā rei ecclesię, secū-
dum Panor. in cap. fina. de loca.
dummodo seruet solennitatem, vide-
licet quōd primō requirat rectorē ec-
clesię; secundō, denuntiet pretium;
tertiō, labantur duo menses ecclesia
non respōdente: quartō non vendat
personis prohibitis: quinto, quōd non
vendat